



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertio Omnium Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam Leonis X. Novissimam Damnatorvm

Luther, Martin

[Basel], 1521

VD16 L 3876

Vicesimvstertivs. Exco[mmun]icationes sunt t[...] poenae externae, nec
priua[n]t homine[m] co[m]munibus sp[irit]ualibus Ecclesiae or[ati]onibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33308

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

ris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt sed non publica, his qui meliora operantur.

Has propositiones, ut dixi, reuocaui antea, rogauitque, & adhuc rogo, oēs, tum bibliopulos, tum lectores, ut ea quae de indulgentiis disputata & scripta a me sunt, exurant, ne sciebam enim tum, cum ea laborarem, Papam esse Antichristum, qui his & similibus operatiōibus erroris, Satana imperante, orbem perderet Christianum. Fixa est sententia diuina, psal. lxxxviii. Visitabo in uirga iniquitates eorū, qua, indulgentiā, quae uirgam iniquitates uisitantem impiissime praesumunt remittere, funditus subuertuntur, & nihil nisi inane nomen esse monstratur. Nec curanda hominum reproborum distinctio de cerebro suo cōficta, de poenis medicatiuis & satisfactoriis: Verba psalmi clare docēt, peccata & iniquitates uirga uisitari, Et nemo nisi infans potest negare, uirgam illam esse poenam pro peccatis inflictam, siue hanc satisfactionis, siue alterius negotij dixeris. Non ergo credas, etiam si angelus de caelo aliud docuerit contra tam manifestā scripturā, nedum si Draco blasphemus de curia Rhomana aliud fremat, Non remittet homo aut tollet uisitacionem huius uirgae.

Reuocatio
Lutheti.

In indulgentia uirga
uisceribus

Summa

VICESIMVSTERTIVS.

Excōicationes sunt tñ poenae externae, nec priuāt hominē cōmunibus spūalibus Ecclesiae orōnibus.

Hāc satis firmiter probaui in sermone de excōicatione, etiā per ipsoꝝ uerba, ubi Papa dicit (lib. vj. de sen. excom.) Medicinalē, & non mortalē, non eradicantem esse excommunicationē. At si priuaret spūalibus cōmunibus bonis, certe mortalis esset, quia animā separaret a deo. Ego aut̄ fortioribus nixus sum, quia in potestate hominis

Gg non

ARTICVLORVM DAMNATORVM

non est, ut quis credat, uel non credat: Sola autem fides uel incredulitas copulat uel separat animā Ecclesie dei, sicut Christus dicit Marci ult. Qui crediderit saluus erit, qui nō crediderit cōdemnabitur. Nullus est fere articulum, qui manifestior sit ueritatis, q̄ iste, ut ego non possim satis laudare diuinā p̄uidentiā, quæ draconē istū antiquū cum Papa & rabidis papistis suis, sic excacauit, ut in tā claram ueritatē etiam a seipsis statutā impingerēt, qua uel una cæcitate, totius huius Bullæ autoritatem non modo mihi, sed toti orbī merito contemptam reddiderunt.

Manifestissimæ ueritatis articulus.

VICESIMVS QVARTVS.

Docendi sunt Christiani plus diligere excommunicationem quā timere.

Probat, quia ipse Papa dicit eam esse medicinalē non mortalem, sed disciplinantem: Sed id quod medicinale & uitificans est, nemo debet timere, nisi ij qui hanc Bullā cōposuerunt, furiosi scilicet, qui medicinā & uitā timere & non amare docent, immo amari damnant, & timeri mandant. Neq̄ enim ipsos furiosos uideas sic a cōi sensu omnium rerū abhorre, ut uitalia & medicinalia timenda censeant. Verum digna Bulla suis autoribus. Quis non superbiat damnatus ab his perditis & miseris hominibus?

Superbus Lutherus.

VICESIMVS QVINTVS.

Romanus Pontifex Petri successor, non est Christi uicarius super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso Christo in beato Petro institutus,

Hunc facillime probo p̄ experientiā. Nunq̄ em̄ fuit super omnes Ecclesias totius mundi Rom. pontifex, sed neq̄ adhuc est, neq̄ unq̄ in futurū erit, ut spero. Quid ergo necesse est, multis in hac re digladiari, cū ipse oim̄ sensus nobis

Manifestissimæ ueritatis articulus.

*Redditur enormiter
pomu*